

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)

zu Bild Nr.

0183

0181

0187

0177

0192

0172

0232

0132

0282

0082

0682

172

mali, dum hominem ad hoc vitium perpetrandum incitaverunt, et dum ad actum procedit, longius ab eo fugiunt. O detestabile peccatum, o inauditum nefas, o mutuum vitium et pariter clamorosum! Cujus punitio usque ad necem innocentum puerorum descendit, cujus locutio aërem inficit, elementa polluit, angelos fugat, humanum genus deformat, coelum quodammodo inquietat! Genes. 18., Deum de coelo ad celeriter puniendum evocat, dilationem salutiferae incarnationis Domini per tot millia annorum causat; incarnari enim Deum distulisse dicunt propter abominationem sodomiae, in humano genere repertae, propter quod in ipso momento dulcissimae nativitatis Domini omnes sodomitae per universum mundum subita morte sunt extincti.

Deinde viso mari mortuo vidimus in parte nostra in littore maris, respiciendo contra australe latus locum, in quo stabat statua salis, in quam conversa fuit Melaseda, uxor Loth, pro eo, quod respexit contra angeli prohibitionem, cum adiretetur regio illa impiorum. Stabat autem inter Segor et mare. Est autem statua illa lapidea, de albo marmore, quae dicitur adhuc stare, sed mari coopertam esse nunc asserunt. Quando autem in litore stabat, ad eam bestiae congregabantur, (B) et lambebant sal de ea. Sunt enim praeter hanc statuam in eadem regione multae rupes et petrae salinae. De illa statua salis Melasedae habetur Genes. 19. Et Josephus dicit, se eam vidisse. Nos quidem vidimus locum, spatium medium inter mare et montem Segor, sed ipsam videre non potuimus, nec adeo prope stabamus, quod rupem hominis quantitatem habentem discernere possemus. Vidimus tamen eam certa fide, quia Scripturae de ea loquenti credidimus, et locum ipsum contemplabamur curiosius, et prodigium hujus stupendae et admirandae statuae ammirabamur. Manifesto autem signo cognovimus, quod in omni ente manet dispositio obedientialis, propter quam plasmator ex ea facere potest, quidquid vult. Sicut enim potens est Deus de lapidibus suscitare filios Abrahae, sic potest etiam facere lapidem. Quia enim mulier illa contra Domini praeceptum respexit, naturae munus perdidit et lapis facta homo esse desiit. Hoc dictum non modicam habet difficultatem tam apud philosophos quam apud theologos, quam

Ende

Anfang